¶ Ego tñ in isto casu sic facere consueui. ℞. camomille mellilo. summitatū folioꝝ cauliū rube. cētauree minoris cucurbite pulegii añ. M. i. se. aneti. ℥. ii. ß. anisi maratri añ. ℥. ii. agarici. ℥. i. medulle cartāi. ʒ. vi. cōquassent' ⁊ fiat decoctio. in qua dissolue yerepigre pulueris zucari añ. ℥. i. cassie. ℥. ß. olei aneti. ℥. iii. salis gēme. ʒ. ii. ⁊ fiat clistere. ¶ Est enī clistere familiare educit mirabiliter flegma uitreū ab intestinis qbus exoneratis facilꝰ stomacus ipse se exonerat. ¶ Couenit etiā in isto casu clistere fcūꝫ ex brodio galli antiq fatigati ⁊ bene correcti. ut docet mesue in capitulo de cōsolatōe medicinaꝝ ⁊ in eo potes ponere polipodiū ⁊ alia secundū intētōeꝫ quā pro tūc haberes ⁊ ad illud capitulū recurre si opus fuerit. ¶ Et si uelles fortius facere posses addere loco yerepigre. ℥. i. dyafiniconis uel elcūarii indi. Vel posses oia simul ponere. ¶ Et si empiala ꝓueniret a mlia grossa ut ātiq dicūt ꝓuenire posse utere regimine superiꝰ descripto in cura interpellate qtidiane ꝓuenientis a flāte mlie ꝑmixto. ¶ uel quere infra in cura quartane interpellate ꝓuenietis a materia flegmatica. ¶ Et si ex ꝑmixtiōe colere ꝓuenerit ꝙ cōprehēdes qꝛ ualidius de tertio in tertiū affligerit facias ut. s. posui in cura tertiane a colera uitellina ꝓuenientis. Auicē. unū aūt solutiuū pōit qd' couēiret. si hec fe. fiet a flāte uitreo ⁊ a mlia spissa qbus colera adusta rubea foret admixta ut ñnulli uoluerūt. ⁊ hoc solutiū fit cum mirabolanis nigris citrinis turbith zucaroqꝫ. ¶ Si gº isto indigeres solutiuo facias sic. ℞. mirabola. citri. nigrorū añ. ℥. ß. turbith. ʒ. iii. ʒʒ. ʒ. i. īfunde in oximell. simplici ⁊ stēt in infusiōe p horas. x. deinde adde aque lactis capraꝝ ℥. iii. ⁊ parꝫ calefiāt. quibꝰ fortis fiat exp̄ssio cui adde manne uel cassie. ʒ. vi. ⁊ in potu tribue. ¶ Ex istis solutiuis plus de illo adde ꝙ peccāteꝫ materiā respiciat. Inter cetera memēto stō succurre cū unguēto superiꝰ descripto cure qtidiane a flāte dulci ꝓuenientis. ¶ Et si calefeceris absinthiū sup tegulaꝫ bono uino aspsaꝫ ⁊ stomacho applicaueris multuꝫ iuuabit. ¶ Et si deꝰ ꝑmiserit unū faciaꝫ tractatū de egritudinibꝰ a capite usqꝫ ad pedes in q de remediis passiōuꝫ stomachi inuēies ad plenū. ⁊ ideo circa istaꝫ materiā fe. uolui ꝑtractare ⁊ de eaꝫ accñtibꝰ uelociter ꝑtrāsire de cōfectibꝰ mixturis seu restauratiuis ⁊ aliis facias ſm materiā peccātē ꝓut in supra scriptis capitulis descriptū est.

¶ Et hec de cura Empiale ꝑ quaꝫ curā lipparie fiat tibi plana ⁊ quaꝫ

maxime si a flāte uitreo ꝓuenerit. ⁊ si a colera ut dicit Auicē. ut in cura tertiane note a colera uitellina ꝓueīentis. Ex hiis cōsimiliter patz cura fe. in qua in interioib9 ⁊ exterioribus caliditas sentitur simul ⁊ frigiditas ad bonū intellcū; q2 huiusmodi cura est cura empiale ⁊ lipparie. Et ex dictis in h° cap° ⁊ ꝓcedētib9 cura patet diurne ⁊ nocturne. q2 precipue ut ꝓcedētes curant. Sed infirmus cibari dz hora qua minus male se hēt. ⁊ siue sit de die ac de nocte. Et similiter clisteria ⁊ farmaca ⁊ alia. ⁊ pp hoc oiu; q̄tidianaru; interpellataꝝ cure finem inpono.

Capitulū. vii. de cura quotidiane continue.

Omīs q̄tidiane continue materia inter uenas existat cōtinueq; infirmu; affligat ceteris paribus subtiliori dieta q̄ interpellata est utēdū min9 q2 calida ⁊ sicca q̄re attēde uirtuti ac stat9 distātie seu ꝓpingtatī. Quib9 oībus diligēter consideratis cibū ⁊ potū ⁊ alia huiusmodi fac ad min9 calidu; ⁊ siccū declinare infirmūq; magis tenuiter dietes. hora qua minus infestat ipm cibādo. Quātū uero ad medicinalia clisteribus seu potiōibus lenitīs supra scriptis ſm exigētiā exhibitis flōiaꝝ facias si ipaꝝ fiendā iudicaueris. Et h° fcō si materiā minorare uolueris solutīū aliqd' iunū ex hiis exhibeas que in cura flātice a flegmate dulci ꝓuēientis describūtur. Et si ad materie digōe; uenēdo a min9 apitiuis ad magis apitiua gradatim ut. s. tactū est accedas q2 in ꝓn° sirupū acetosu; simplicē cū melle rosa. ⁊ aquis ibidē in potu tribue uel orimellis simplicis postea da solutiuū deinde transire ad sirupū de radicibus acetoꝝ ⁊ si fortius ad orimel cōpōitū uel ad sirupū m̄grālē in cap° supra scripto tactū. Et pariter gradatim ad solutiua accedere debes mixturis ⁊ cōfectiōibus similiter ibide; scriptis utere debes. Et ſm hāc debes plus de frigidis minus de calidis cōmiscere. qd' tue relinq̄. discretiōi. Et q2 auctores ⁊ maxie Auic. multū laudat descriptiōe; trocisco; q̄s tñ nō hēm9 in usu de hiis cum zucaro facias fieri cōfectiōes ut supra docui. ⁊ erit res magis delicata. de illis tñ in q̄bus ingredit' aloes ⁊ alia amara fac fieri pillulas ⁊ doses illarū diligēter cōsidera q̄s infirmo tribuas. Naꝫ magis delicatū erit in pillulaꝝ forma q̄ pulueris. Et hec oiu; fe. flegmaticarū cura finitur ad dei laudem. Amen.

Quartus tractatus. de fe. melancolicis sex in se cōtinēs capitula.

Primū capitulū. de signis feb. mlicaꝝ tā ꝓnosticis q̄ demōstratiuis.

Onsequenter melācolicarū feb. uario modo se habētiū huic ānectāda summario. quare tu; diuisimode ex melancolia materia ꝓcreat' aliqd de ipa ꝑmo tractandu; uidet'. Est eni; melācolia dupler. Naturalis. ⁊ nō naturalis. Naturalis est humor ꝑmus qui in sua naturali dispōe existēs est in colore opacus in cōplerione frigid9 ⁊ siccus ⁊ in sapore pōtic9 tq̄ fex ypostasiā ex digōe sanguinis reseratus. Nonnaturalis aūt

est uelut fex seu cinis sanguinis colere flātis uel ipsius melācolie naturalis. Cū enī sanguis aduritᷣ resoluitur subtile ⁊ cinis remanēs mlia sanguinea nūcupatᷣ. Idē fit si colera aduratᷣ siue putrefiat cinis eiꝫ relictus est alia spēs mlie non naturalis que differt a colera adusta de qua supra tractatu de fe. coleric. caᵒ 2ᵒ facta est mētio. qꝛ cū adurit colera ⁊ adustū cū ea cōmiscetᷣ colera ꝑcreatᷣ adusta. Cū autē cinis seorsū remāet melācolia colerica cōir appellatᷣ. Est ⁊ alia non naturalis mlia que. s. fit ex putrefcōe seu adustiōe flātis. Ex melācolie aūt naturalis adustiōe fit melācolia non naturalis. qđ contingit fieri dupliciter. qꝛ si adustio in melācolia subtili accidat fit melancolia nō naturalis acris seu pōtica. Et si in grossa fit pauce acredinis seu pauce ponticitatis. Ex hiis nāqꝫ melācolie spēbꝰ diuersa genera egritudinū fiūt quia si ad unū mēbrū fluxerit materia melācolica ibi durities accidit ⁊ causetur sephiros aut esthiomenus ⁊ hoc fit secūdū ipsius materie melācolice diuersitatē. Si aūt ad supficiē siue cutē generatᷣ postea albaras ⁊ aliqđ tale. Si intra corpꝰ nō putrefiat sed spergitᷣ in totū corpꝰ ictericia nigra causatᷣ. quod si ibidē coaguletᷣ ita ut aliqd incēdatᷣ lepra generabitᷣ ut Auicē. tertia q̄rti caᵒ de lepra. Si uero intra corpus putrefiat. aut hᵒ fit intra uenas. Et tūc generatᷣ q̄rtana cōtinua quod tamē raro accidit. Aut putrefit extra uenas. ⁊ tūc q̄rtana fit interpellata. Ex qbꝰ patet ꝙ q̄rtana continua est feb. a materia mlica intra uenas putrefcā ꝑmanēs que ⁊ si hora melancolie de q̄rto in q̄rtū sp infestare solꝫ sine interpellatiōe infirmū. Interpellata q̄rtana est fe. a materia melācolica extra uenas putrescēte ꝑueniens cuiꝰ est infirmū de q̄rto in quartū molestare. His habitis signa deinceps quartane describā. Et priᵒ interpellate. qꝛ ex hiis quartane cōtinue signa clare patebūt. omīs itaqꝫ quartane interpellate satis cōia signa sunt qꝛ incipit cū alicibꝰ hossitatiōibus quibꝰ horripilatio succedit. deinde rigor postea frigus pp quod incipit infirmꝰ quādā in ossibus hr̄e dispōeꝫ ac si frangeretur ⁊ fieret iūcturaꝝ dislocatio ⁊ tremor ita intensus ut dētes nulloᵒ nequeat retinere: ⁊ post hᵒ ⁊ calor inter q̄tidianaꝫ ⁊ colericaꝫ medius succedit postremo nullꝰ aut paucus sudor. Pulsus in pᵒ paroxismi est durus inordinatus purꝰ frequēs tardus ⁊ strictus. ⁊ uersus statuꝫ paroxismi fit uelox ⁊ magis frequens. Et si hec signa ōibus spēbus quartane cōia satis existāt insunt tn̄ magis ꝓpe quartane ex naturali mlia ꝑuenienti. que hora melācolie accidit ut pluriuꝫ. Et in pᵒ urina est alba subtilis ⁊ cruda seu paulatim usqꝫ ad statū coleratur ⁊ ingrossatur. ⁊ cōpleta digōe fit nigra. habitudo eiꝫ ut plurimū est melācolica. Et ad uerā huius fe. cognitiōeꝫ cōfert si ꝑcedēs regimē fuerit melācolie generatm̄. tpūs uero ⁊ regio fuerit frigida ⁊ sicca. Si uero a melancolia sanguinea ꝑuenire cognosces. Si habitudo fuerit melancolie sanguinea si precesserit sinocha putrida aut regimē potēs sanguinē adurere. In ore q̄nqꝫ sentit dulcedinē ⁊ erit infirmꝰ pax aut nihil sitiens sine ira ⁊ furore. sompnus erit grauis. ⁊ certius indicabis. Si enī aer tps āni regio ad calidū ⁊ hūidū declinauerint. Pulsus erit q̄ in

Signa q̄rta melā colia colerica

p̄cedēti latior. ⁊ urina ruffa uel sub
ruffa cū obscuritate quadā ⁊ grossi
tie. Et si a melācolia colerica puene
rit cognoscit' si habitudo fuerit cole
rica si colerice fe. aut regimē potens.
coleraȝ adurere p̄cesserit ⁊ urina erit
intēse citrina ruffa uel subruffa tenu
is substātie. Pulsus q̄ in ceteris
uelocior ⁊ spissior erit horripulatio
sitis sudor uigilie calor furor ira in
hac similiter maiores erūt. ꝗ si cum
h° tpūs āni aer regio ad caliduȝ ⁊
siccū declinauerint certi9 sup̄ melā
coliā colericā iudicabis. Si autē
a materia flātica pueīret regimē ha
bitudo ⁊ flāticaȝ fe. p̄cessio te iuua
bit in indicādo frigus diucius q̄ in
p̄cedētibus durabit. Et qn̄qȝ infir
mus incipit calefieri. deinde frigus
reūtitur ⁊ pp materie uiscositatē po
rismi fiūt longiores ⁊ per idē sudor
tardior. In pulsu magna diuersi
tas cū quadā tn̄ mollitie. Urina est
q̄ in ceteris grossior minus tn̄ intē
sa. sitis pauca sompn9 grauis. ꝗ si
aer tps āni regio ad frigidū declina
uerint ad hūidū certi9 poteris iudi
care. His diligēter consideratis
ad notitiā cuiuslibet spēi feb. quarta
ne iterpellate indubitāter pōt deueni
re. Quartana cōtinua sine rigore
incipit ⁊ horripilōe. ⁊ in ipa in pn°
calor est lent9 ⁊ cōtinu9. ⁊ hora me
lācolie de q̄rto in q̄rtū cōtinue inua
lescit. ⁊ adest uigiliaȝ instantia ⁊ ni
grorū corpoȝ ⁊ rerum terribiliū in
sompno apparitō lingue siccitas cū
aspitate ⁊ uētris cōstipatio. Pul
sus in pn° strict9 puus existit ⁊ tar
dus uersus statū ⁊ in statu maior ⁊
uelocior fit. Urina in pn° est citri
na uel subcitrina cū mediocri quadā
substantia. In statu uero est nigra
que tūc materie digēoēȝ significat. ꝗ

Signa q̄rta melā colia flātica

Signa q̄rtane continue

si cuȝ hoc regio aer tpūs āni fuerint
frigida ⁊ sicca regimē p̄cedēs mlie
generatū cōplexio infirmi melācoli
ca. Cuius faciei ⁊ labiorūȝ color ad
plūbeū tēdit. hāc fore quartanā cōti
nuā nullaten9 dubitabis. Raro uel
nūquaȝ quartana sine uicio splenis
accidit. q2 aut est apostēa in splene.
aut opilatio. aut duricies. Et si
aliqua quartana sine istis repiat' erit
ceteris salubrior. Inter quartanas
sanguinea ac colerica sunt saluiores
⁊ citius curabiles. ⁊ de se ōis inter
pellata quartana cuȝ fortitudine uir
tutis sana existit. Deȝ si senib9 aut
decrepitis acciderint plerūqȝ cū eis
moriunt'. Et quia quartane aut
alie egritudines cronice ut sensit ga
lie. in decretiuis sequūtur motuȝ so
lis: ⁊ acute motū lune. ⁊ si error nō
affuerit cura eaȝ ānuȝ nō trāsit. du
rat qn̄qȝ tamē usqȝ ad annos. xii. ut
refert Auicē. ⁊ h° pp errores cōmis
sos puenit. In quartana q̄qȝ sepe
uis9 obscurat'. sed apud materie di
gestiōeȝ uisus obscuritas remittitur
Itē materie digēoēȝ arguere poteris
cū tremor remittit' caloroqȝ intēditur
⁊ porismus plōgatur. in cuius fine
maior existit copia sudoris. Et si in
estate fe. aliq̄ in suis porismis uide
ris ordinē nō seruare futurā quarta
nā timeas in autūpno q̄ similiter ⁊
hyemps sunt tpa magis amica sibi.
Terminus porismi est horarum
.xxiiii. Postq̄ infirm9 totaliter mū
dus existit. Quātū ad urinā. Uri
na alba uel glauca ⁊ tenuis materie
significat indigēoēȝ. Fit āt tenuis pp
uictoriā huius materie in hūoribus
Unde ingrossant' hūores. ⁊ ob hoc
ipoȝ humorū nulla fit resolutō que
egrediēs urinā possit ispissare. Sit
aūt alba pp hūoreȝ grossuȝ meatus

nō

nō

Terminus porismi

urine opilantez ⁊ nõ possit egridi a liqd urinã tingẽs. ¶ Luz uero con fortat calor ⁊ agit in materiã ut di soluat aliqd de hũoribꝰ mutat uri na ad tincturã ⁊ mediocritatẽ substã tie ex qbus materie arguit digestio. ¶ Et si ex tali digõe accidat expulsio materie cum urina ipa reddit nigra cũ sedimiẽ multũ nigro fundũ petẽ te. ¶ Et io si digesta materia talis uri na apparuerit morbi solutõez ⁊ ma terie cũ urina expulsiõez significat. ¶ Sed qr pdie cũ mgro iacobo iu deo de postpositiõe porismoꝝ quar tane nobilis uiri Frãcisci de Salua gio magnã habui altricatõez qr dice bat eũ esse in augmento ⁊ ego in de clinatiõe hoc de postpositiõe ⁊ ãtici patiõe porismoꝝ aliquã uolo facere mentiõez per quã scies in qbuscũqz egritudinibꝰ porismalibus qd per anticipatiõez ⁊ postpositiõez debes pnosticari. ¶ Pro q̃ nota ꝙ taz ãti cipatõ q̃ postpositio põt pncipiuz au gmẽtũ statum ⁊ declinatiõez signifi care. Pro cuius declaratiõe sciendũ est ꝙ qñqz materia morbi est unifor mis. ⁊ qñqz est eq̃liter grossa seu uis cosa uel subtilis ⁊ eq̃liter frigida uel calida. ⁊ qñqz est difformis. unde qñ una ps subtilis ⁊ alia grossa. uel una pars uiscosa ⁊ alia nõ. aut una ps calida ⁊ alia frigida. ¶ In mate ria aũt uniformi porismoꝝ ãticipa° significat augmẽtũ ut inqt Auicẽ. p ma q̃rti de cognitõe horaꝝ egritudi nis. ibi. ⁊ cognoscũt hore. ¶ Signũ est eiz ꝙ natura iaz agit manifeste in materiã ipaz subtiliãdo diuidendo ⁊ sequestrãdo. pp quod materia ipa cõtinue citiꝰ ad motũ mouet ⁊ ãti cipatiõez facit. Sz si fiat postpositio significat declinatõez. Naz paucitas materie ut infra inqt Aui. de signis empiale est cã elongatiõis piodi qr materia pauca fore relinqtur a natu ra ⁊ postpositiõez facit. ¶ Sed in materia difformi aliud est. qr si pars subtilis ⁊ ñ uiscosa aut calida. quia p° icipiat putrescere sp fiet porismo rũ postpositio. qd' est qr materia rẽa nẽs sp est grossior ⁊ p cõseqũes ad motũ ceteris paribꝰ tardior. ⁊ p h° postponũtur porismi. ⁊ ecõtra fierz si materia grossa prius incipiat pu trefieri. nã sp cũ materia remanẽs sit subtilior ⁊ per ꝯsequens ceteris pari bꝰ facilius mobilis cõtinue ãticipã do pcedit. Et ita dicẽduz est de ma teria calida rspcũ frigide. qr si mate ria uiscosa uel frigida pmo putrefit porismi ãticipabũt. ⁊ ecõtra si non uiscosa sz calida ⁊ ce. qr postponent ¶ Sed ut ex tali ãticipatiõe uel postpo sitiõe scias qd pronosticari habeas. ¶ Nota ꝙ si fe. postpõat sp postpo sitio minor significat augmentũ. Si gnificat eiz naturã mãifeste agere in materiã ⁊ ipam cõtinue magis aptã ad motũ reddere. ⁊ p cõseqũes mi nor sit postpõ. ¶ Maior uero post positio significat declinationez. Si gnificat eiz materiaz fore paucam ⁊ quã a natura derelictã. pp quod ma ior fiet postpositio. ¶ Sed equalis postpositio significat pncipium aut statum. pncipiũ qdẽ qr signũ est ꝙ natura nõduz mãifesta agit in ma teriã pp quod perorismi eq̃liter post ponũtur. Statũ uero qr cum natura ultimate agit in materiã sic ꝙ ulteri us agere ñ possit. tũc eq̃litas fit post positiõis. ¶ Sed ecõtra est de anti cipatiõe. qr maior anticipatio signifi cat augmẽtũ significat cõtinue natu rã meliꝰ disponere ⁊ habilitare ma teriã ad putrediẽz. ⁊ per ꝯñs citius mouet ⁊ maior fit anticipatio. Et si

[Marginalia: Nõ — De anticipatione ⁊ pº postpõne — Nõ]

min9 ātícipet significat declinatiōe; significat ei; materiā fore diminutā ut.s.dcū; ē ⁊ quia natura ipm̄ q̄si negligit ob h° min9 anticipat. Sed eq̄lis ātícipatō significat aut p̄ncipium; aut statū. p̄ncipiū qde; q2 nulla in ipa fcā inp̄ssione materia mouet̄ motu p̄p̄o ⁊ cōsueto ex quo p̄ncipium arguit̄. Statū qdē q2 natura ultimate agēte in materia; sic in tali actōe fieri nō possit additio materia ipa eq̄liter mouet̄. ⁊ per ꝯn̄s eq̄liter ātícipet. ⁊ statū significat. Ex q̄bus ōibus p; qualiter tam anticipatio q̄ postpō pōt significare p̄ncipiū augmētū statū ⁊ declinatōe;. q2 ex maiori uel minori āticipatiōe postpositōe significat sup augmētu; uel declinatiōe; cū eq̄litate āticipatiōis uel postpositionis sup p̄ncipiū ⁊ statu;.

S; inter ista discernes ex signis digestionis q2 si appareant signa digestiōis tūc āticipatio uel postpō eq̄lis significat statū. Et si non appareant significat p̄ncipiū. Jta cōsimiliter ātícipatio maior uel minor fit si per p̄us apparuerint signa digōis sp significat declinatōe;. ⁊ si nō significat augmētū. Jtē postpositio si p p̄9 signa digōis apparuerint sp significat declinatione;. ⁊ hoc tali materia existēte uniformi. Jtē nota q̄ si mā fuerit difformis. ubi gr̄a. Subtilis ⁊ grossa uel uiscosa ⁊ n̄ uiscosa calā ⁊ frigida ⁊ ad putredinē nūc grossa nūc subtilis moueat̄ ut est possibile āliq porismi in isto casu āticipabūt ⁊ aliq postponēt. ⁊ de hiis p̄porcionabiliter iudica f̄m q̄ stati; dcū; est

Sed stati; dr̄ q̄ nō est possibilis anticipa° in materia difformi.s.quo ad subtilitatē ⁊ grossitiē. p; q2 calore agēte in tali difformi materia citius sp mouebit̄ ad putredinē subtilis q̄ grossa. ⁊ sic in tali nūquā fiet āticipa° sed postpō. Dicēdū q̄ calor agēs in materia difformi in grossitie ⁊ subtilitate ceteris parib9 in putredinē p̄tē subtilē mouebit q̄ grossa;.

Sed stat q̄ cetera nō sunt paria s; q2 grossā relinq̄t a regimine nature ⁊ subtilis nō grossa tūc putrefiat ⁊ nō subtilis. nūquā ei; materia putrefit que regulatur a natura ut elici pōt ex dictis Galie.xi°. de ingenio sanitatis cap°.4°. Corpora inq̄t que trāspiratiōe; recipiūt uel flabellatione si a natura regulent̄ pn̄t inputrescibilia custodiri. Et sic p; q̄ illa materia que a natura regulatur nūqua; putrefit. Et pp h° pat; qd sit dicendū ad argumētū. Ex hiis ōibus patet qd ex āticipatiōe uel postpōne porismorū debeas p̄nosticari. Et si ista noueris ad huc faciēt tibi bonorem; magnū. q2 hec notula non solu; in quartana. sed in q̄buscūq; egritudinibus porismantib9 tibi regulā p̄b; generalē. Et hec de signis femelancolicaru;. Laus deo. Amen.

Capitulū secūdū. de cura q̄rtane a melācolia fecali p̄uenientis.

Pro cura quartane a melācolia fecali p̄ueniētis ser rerū nō naturaliū regimē ante ponā ab aere p̄ncipiū faciēdo q̄ in calore tpatus existēs aliqualiter declin; ad hūidū Et tale hyemis tpe leuiter hr̄e poteris in camera simulē igne; ex mollib9 lignis sicut salicis ⁊ huiusmōi cōtinue faciēdo. Et si ipm odorifer; uolueris facere facias sic. R̸.thuris masticis sandarace an̄.℥.i.ß.corticū citri ⁊ citranguli siccor; an̄.℥.i.storacis ligni aloes gallie mus.an̄.ʒ.ii.ß.

Et ut oīa ista magis ad tpamētū ue-
niāt adde cāphore. ʒ.i. coquassent̄
⁊ unā codear uel dimidiū ponatur
super prūas. Et si fuerit in estate
que multū fuerit calida ⁊ sicca ⁊ uio
lis rosꝫ foliorꝫ salicis ⁊ uitis populi
⁊ cū huiusmodi aerē tpa. Hec eniꝫ
sine alia fumigatiōe redolētem satis
ipm efficiūt. ⁊ cuꝫ magnū sequat̄ in
q̄rtana iuuamētū ex hūectatiōe pote
ris sompnuꝫ ꝓuocare uel ꝓlongare
magis. maiꝰ eīꝫ iuuamētū ex huius
modi hūectatiōe q̄ nocumētū ex ifri
gidatiōe seq̄tur. leui est utēduꝫ exerci
tio añ cibū: aut. s. cuꝫ incipit fatigari
qescat. laudarem tamē ut mane sup
fluitatibꝰ ꝑ ꝑus emissis leues ꝑ to
tū corpꝰ fierēt fricatiōes ab inferio
ribꝰ incipiēdo. Nam tristitiā ⁊ alia
huiusmodi euitet oīo: gaudio ⁊ leti
tia ꝓ posse utēdo res q̄qꝫ sibi leti
tiā inferentes respiciat. Unde ꝓcio
sos anulos portet in digito. ac uestes
induat delicatas. ⁊ marie tinctas in
grana. coytū euitet oīo. Quātuꝫ De cibo s. pane
ad cibaꝫ. pane utat̄ ex farina bene a
furfure munda cū modico aut nullo
sale pinsato a supiorībꝰ ⁊ inferiori
bus crustulis bñ mūdato trium ad
plꝰ etate dieꝝ. Ex carnibꝰ utat̄ De carnibꝰ
bene edinis motoninis iuuēcibus ui
tellinis ⁊ nō nūquā agninis aut por
coꝝ lactātiū tam domesticaꝝ q̄ silue
striū que ꝑmo elixe usqꝫ q̄ dū quasi
cocte sint in ueru suā ꝯpleāt coctionē
leporine cuniculine ⁊ capoline non
ꝯueniunt nisi fuerūt lactātes ⁊ natiui
ta ꝓpīqne quatuor mēsiū: pulli galli
narū galline iuuenes ⁊ etiā pulli co
lūbaꝝ capones ꝑdices fasiani auicu
le rubales similiter ꝯueniūt. Et hee
carnes sint potiꝰ elixe q̄ assate. Et si
eas assare uolueris ꝑ plꝰ quā dimi
diū in aqua ꝑ ꝑus hēant decoctiōeꝫ

quaꝝ postea coctio ꝑ assatiōeꝫ ꝯplea
tur. ⁊ earuꝫ supior crusta abiciat̄.
Oua recētia ⁊ similiter tremētia cō
ueniūt. Caseꝰ q̄qꝫ ꝓ ꝯdimento paꝝ
tū antiq ꝓ oris stomaci cōfortatōe
exhibeat̄. Et si eēt recēs ouinꝰ paꝝ
salitꝰ ceteris minus nociuꝰ eēt. Si
pur eo in aliq̄bus ꝯdimētis uti uel
let. Pro saporibꝰ suis utendis De saporibꝰ
carnibꝰ sit succꝰ granati dulcis uel
arantii cum modico zucari uel cinaᵒ
Itē sapor fcūs cū amigdalis cū pau
co agreste ⁊ rob uini cū cinaᵒ. Uel
accipiat paꝝ brodii suaꝝ carniuꝫ in De puluere
quo paꝝ agreste ⁊ de puluere pōat̄
infra scripto. ℞. cinamo. optimi a
cortice supiori mūdati. ℥. i. gari. ʒʒ.
nucis mus. añ. ʒ. ii. zucari. ℥. iiii. fiat
puluis de q̄ in sapore supra scripto
pōat̄ addēdo plus de zucaro si libu
erit. Et si sola agresta nō conueniret
cū istis tamen saporibus gr̄a appeti
tus ꝓuocādi parū ut dcūꝫ est pōt au
dacter ꝯmiscere. Itē pōt aliq̄ntuluꝫ
pullus elixari cuius coctio deinuꝫ ꝑ
assationeꝫ terminet̄ ⁊ mēbratiꝫ inci
sus ita calidus aqua bñdcā aspgat̄
que fiat ex uino pauco succo arantii
uel granati dulcis uel succo pomoꝝ
redolētiū cū puluere imediate descri
pto. Uel loco uini pone aquā rosā.
Uel aliter hēas succuꝫ uue seni ma
ture cū mollitie panis aliq̄liter ispis
satū uel cuꝫ amigdalis ⁊ puluere su
pra scripto fiat sapor. q pullus mē
bratiꝫ incisus aspgat̄ ut dcūꝫ est.
Ex piscibus cōueniūt petrini aque li De piscibꝰ
bere fluctis timali luci ꝑue trutule.
Et sunt hii pisces in aqua cocti ⁊ fi
at sapor cū modico panis inspissato
⁊ cū sup̄ scripto puluere ꝯdito. uel
coquātur sup graticula sepe cū oleo
oliue uel amigdalaꝝ dulciū aspgāt̄
uel inūgātur. Et ꝓ sapore taliū

De ferculo
De herbis
De radicib
De fructib9

accipe succũ arãtii uel granati dulcis
uel pomorũ redolẽtiũ ⁊ cũ eo misce
zucarꝫ ⁊ cinamo. Vel accipe rob ui
ni modicũ agreste ⁊ cũ cinamo° fac
tuũ saporẽ. Cancri nõ nũquã cõueni
re pñt. sed si cũ aceto eis uti uis aliqñ
in eo p̄mo facias bulire passulas.
Pro ferculo uti amigdal. similiter
ordeato seu hauenato ferculo de a
migdol. pane cocto seu panata. ¶ Et
põt ei9 brodiũ interdũ inspissari cũ
ouis recẽtibus seu cũ uitellis bene a
gitatis cũ pane triturato. ⁊ uocat̃ in
ytalia brodetũ aut fiat brodiũ grana
tũ nõ tamẽ apponas agrestaꝫ q̄ cõir
fit. quod si sic pauca eristat in quãti
tate. ¶ Et nota q̄ qñ fit ferculuꝫ er
ouis parũ uel nihil bulire debent.
¶ Ex herbis uti põt borragine spinac.
cũ ferculo tenero aut brodio caulium
leuiter coctorꝫ ⁊ cicerũ rubeorꝫ. ¶ Ex
radicib9 uti põt rapis aliquãtulũ p̄
mo bulitis ⁊ abiecta prima aqua ⁊
iterꝫ secunda que in suarꝫ carniũ bro
dio tñ pingui coquẽt̃. in igne q̃qꝫ
decoctas põt interdũ cõmedere. sunt
eñ ad lat9 caliditatis tẽdẽtes ⁊ hũi
ditate sua humorũ mlicorũ obuiãt sic
citati. ¶ Deide Abbas noster de bo
turia mihi retulit una uice q̄ ex cõ
mestione ipaꝫ a quartana libera eua
sit. Itẽ ⁊ radices petrocili. suarꝫ car
niũ brodio cocte similiter cõueniunt
⁊ hoc digã materia ⁊ in declinatiõe
magis. ¶ Ex fructib9 in p̄ma men
sa põt cõmedere uuas albas p aliqt
dies añ collcãs ficus siccas passulas
in aqua zucari aliq̃tulũ diu retẽtas.
Itẽ cappares cũ aceto ⁊ oleo condi
ti. oliue similiter condite. ¶ Ut di
gesta materia similiter ⁊ in declina
tiõe cõueniũt in secũda mẽsa grana
pini. ⁊ amigdale depilate in aqua
zucari aliquãtulũ retente zucaro de

De potu
De inanitione ⁊ repletione
Dio bñ

inde aspse cõueniũt ac etiaꝫ pira uel
poma bñ cocta conueniũt cũ zucaro
seu cum anisis cõfectis cõdita simul
cũ zucaro cõdita cõueniunt rõe. s. cõfor
tatiõis oris stõaci ⁊ iuuãde digestio
nis poti9 q̃ aliter. ¶ Quãtuꝫ uero
ad potũ. Sit eius uinũ albũ clarũ
odoriferꝫ. ⁊ sit rubeuꝫ ⁊ p̄mo fcã ui
na crisolia cõuenirẽt. debẽt hec uina
potius ad latus dulcedinis q̃ acerbi
tati attinere. ⁊ s̄m eorꝫ potentiã lim
phari debẽt similiter cũ aqua zucari
uel aqua similiter cocta nõ tñ minus
actualiter frigida. ⁊ q̃ marie in die
porismi. ¶ Quãtũ de inanitione ⁊
repletiõe. Facias ut oĩ die uẽtris ha
beat bñficiũ. q̄ si ñatura non fecerit
facias tu cũ suppõitorio. uel alio ut
clistere. ut te infra docebo. oẽs euitet
repletiõẽ. ⁊ uirtute forti si corpus
nõ minus fuerit plectoricũ grossius
a p̄n° augmẽto sp reficias cũ egritu
do eristit ualde cronica. ⁊ cuꝫ status
appinquerit gradatim subtilia regi
mẽ in ipso q̃qꝫ statu in cõpatiẽe ad
alia tpa tenuissima uti dieta. ⁊ in de
clinatõe ipaꝫ gradatim pcedas igros
sando. Si tñ corp9 ualde fuerit ple
ctoricũ dꝫ a p̄n° subtilius dietari q̃
in augmẽto immo stãte ũtute ut iqt
Auicẽ. melius est usqꝫ ad tres ebdo
modas tenuiter dietare carnes. s. nõ
erhibẽdo. ¶ Error eniꝫ in hac feb. ẽ
cã pliritatis ipius ut dictum est.
¶ His igit̃ habitis ad medicinalia cõ
descẽdẽs qd fiẽdũ sit hora porismi
enarrabo. Ante g° aduentũ eius per
q̃tuor horas uel qnqꝫ cibet̃ sp infir
mus ex aliq̃ leui cibo ⁊ ptisana or
dei simula amigdo. uel aliq̃ tali. Me
lius est tñ ut illa die sine cibo si uir
tus cõstaret pmanerꝫ. sed in oĩ egri
tudine p̄mo uirtutẽ cõspice. phibea
tur somnpnus in porismo usque ad

Quod [illegible] ante aduentum paroxismi per quatuor [illegible] illa die [illegible] cibo [illegible] ad declinationem [illegible] similiter [illegible] potus [illegible]

ipius declinatioẽ3 saltē3 similiter ⁊
potus q̃ tpe sitiret ⁊ sudoꝛ ad extra
expādi incipet da. ℥.iii. uini albi be
ne limphati. Vel da sirupu3 sancti
Ambrosii superius in cura tertiane
scriptū. Vel ad puocādū sudoꝛē fa
cias sic. ℞. rosismari. thimi rute ca
medreos camepiteos gariofilate ne
pite marubii mente camomille folio
ꝝ lauri lauēdule aā. M.i. ⁊ simili
ter origani ⁊ calamēti ⁊ absinthii ⁊
ex oīb9 uel pluribus fiat decoctō in
uino albo uel aqua ⁊ in eo buliente
infunde lateres q postea uoluant̃ in
peciis ⁊ ita calidi dorso applicātur
⁊ etiā pectori ac extrēitatibus. Quo
fcō da uinū uel sirupū sancti Ambro
sii ut est dcū3. Et si apphēderes ma
teria3 foꝛe digā3 ⁊ dares. ʒ.i. tiriace
sine uel metridati cu3 uino albo cali
do mirabiliter illa materia q̃rtane re
solueret. ⁊ hoc erit utile in q̃cūq3 q̃r
tane spē. in alio uero porismi tēpoꝛe
si siti infestet̃ cū aqua frigida sepe si
bi os colluat. uel ip3 deludere perg
rat cum zucaro cando uel cū nucleis
prunoꝝ in oꝛe retētis sup̃ qb9 par3
carnis prūi existat. Et si ei3 a potiōe
abstiner nō uell3 da aq̃ ordei zucara
tā nō tñ actualiter nimis frigidā die
enim porismi nihil frigidi exhibere
debes ⁊ q̃ marie aqua3. Vel facias
sic. ℞. conserue buglo. boꝛag. mellis.
ros. aā. ʒ.i.ß. manus xp̄i cū parlis
. ℥.ii. letitie galieni. ℥.i. fiat mixtura
⁊ deauret̃. cui adde si libet saphiri
iacincti robini granati smaragdi aā.
. ℈.i. margaritaꝝ. ʒ.ß. folioꝝ auri nu
mero. x. accipe aque simpliciter cocte
. ℥.vi. mixture nūc fcē. ℥.i. misceat̃ ⁊
in potu tribue. Vel fac sic. ℞. aque
boꝛagi. uel mellisse rosa. uiol. aā. ℥.
. iiii. zucari albi. ℥.iii.ß. ⁊ fiat iulep
bene clarū de q̃ accipe. ℥.iii. cum. ℥.

. iiii. aque simpliciter cocte misce ⁊
in potu tribue. Itē pp lōgitudinem
peroxismi ne uirtus deficiat de sola
mixtura poteris interdū exhibere ⁊
q2 rigoꝛ in q̃rtana accipiēdo large ri
goꝛē p frigoꝛe ⁊ hoꝛripilatōe multū
grauat infirmū. Pro cui9 succursu
aliqua hic dicā. Frigiditati igit̃ extre
mitatū succurras cu3 linteis calidis
⁊ instris sup19 in cura flātice feb. a
flāte dulci pucietis descriptis. Vel
facias ut qdā me9 socius padue fa
ciebat dū ei3 rigoꝛ ip̄m inuadebat q̃
da3 iuuēculā. xviii. ānoꝝ etate ⁊ bo
ne habitudinis secū in lecto pōebat
que stricte eū āplexās pedes socii in
tra cruraq3 sua ponēs taliter rigoꝛē
āmouebat ut leuiter ⁊ q̃si ullo sine
nocumēto trāsiret. q̄ si hoc nō suffe
cerit cu3 oleo anetino calido spina
collū ⁊ pulpe crurū inūgant̃ uel ex
oleo anetino camelino equaliter mix
tis. Vel facias sic. ℞. abrotani ca
lamēti absinthii lauēdule aā. M.i.
camomille melliloti aā. M.i.ß. ⁊ fi
at decoctio in qua infuse spongie ⁊
foꝛtiter expsse calide spine applicēt̃
Quo aliq̃tiēs fcō ex oleis p̄dictis ca
lidis postea fiat inūctio. Vel faci
as sic ⁊ est exptū. ℞. pomū collogn
tide euacuatu3. in q̃ ponas piperis
piretri aā. ʒ.ß. eufoꝛbii. ℈.i. pulue
rizent̃ ⁊ pomū postea oleo anetino
ipleat̃ ⁊ sup cinere calido decoq per
mittat̃. cūq3 oleū q̃si ɔsumptū fuerit
totū p petia3 exp̄mat̃ ⁊ de tali oleo
iūgat̃ calido spia apud ignē p duas
hoꝛas aā accessiōe3 fe. q̃ fcō patiens
se ponat in lecto ⁊ bñ pānis coopia
tur. In pn° eni3 porismi uomit9 est
ualde utilis. q2 si tūc patiēs nausea
uerit ucitū puoca cū aqua tepida ⁊
modico aceti. ⁊ sirupo acetoso sim
plici. Quod si foꝛtius uis. ℞. aque

raffani. ℥. vi. oximell. simplicis. ℥.
.ii. misce ⁊ tepidū in potu tribue q̄
aliquātulū retēto si non uomerit cū
digito aut pēna oleo intincta uōitū
puoca. ❡ Quid autē facere debeas
hora getis attēde Et p° hec infra do
cumēta ab Auicē. Cōstātino ⁊ aliis
nostris auctorib⁹ collcā in oī q̄rtana
fe. obseruādo firmiter in mente tua
p° sigilla. ❡ Primo ne nimiū calefaci
ētia aut infrigidātia in pn° infirmo
ppines. Ex nimia eiz in pn° calefa
ctiōe resoluit̄ subtile ⁊ remanz gros
suz terrestre ⁊ fiat rigōi ineptū ⁊ re
bellius. ⁊ sic egritudo plōgat̄. uelut
dicit Auic. ⁊ Cōstātin⁹ ne ex nimia
calefcōe fe. generet̄ cōtinua. aut q̄rta
na cū quartana xūget̄. ex cui⁹ cā in
firmi pditio posset leuiter ɔseq̄. ex ni
mia q̄qz infrigidatiōe incrudat̄ ma
teria que rigōi fit rebellior. ⁊ est cau
2m sa plixitatis in egritudine. ❡ Secū
dū est. ne forte puocans exhibeas in
pn° sicut oximel ɔpōitū sirupū de e
pithimo ⁊ similib⁹. ❡ Et huius cau
sa est ne materia melācolica ad uias
ductuū strictas ducat̄ que ibidez o
pilatiōez faciēs egruz ad alias pessi
mas egritudines ducere possz. Vel
possz educi subtile. unde grossuz re
manēs magis rigōi fit ineptum.
3m ❡ Tertiū est. ne forte farmacuz det̄
in pn°. Cui⁹ cā est cū materia melā
colica nō rigā sit multū rebellis edu
ctiōi in pn° nō nisi cū magna turba
tōe ⁊ dispēdio educetur infirmi.
❡ Nota q̄ nō eēt incōueniens in pn°
cū farmaco forti educetur dūmodo
ipa materia multa foret. ⁊ h° marie
possz facere de materia añcedēte put
4m infra te docebo. ❡ Quartuz est sup
dcūz q̄ egrū in pn° nō nimis subti
liter dietes ne plixitate morbi uirt⁹
debilitata succūbat. ❡ Istis diligen

ter notatis per diē añ porismū mul
tis ab auctorib⁹ uōit⁹ ɔmēdat̄ quā
uis cōīr practicātes istis tpib⁹ non
hēant in usu. Sz si libet ipm facere
poteris ⁊ marie in quartana flātica.
❡ Facias g° sic. Comedat infirmus
pisces salsos cū sinapi eruca sepe car
nes bouinas ⁊ similiter acuta ciba
ria. Et si in pn° past⁹ cōmederz ra
fanū eēt utile ualde. ❡ Trāsacta hora
post prādiū si nō uomerit da aquā
tepidā cū aceto uel aliqd ex supscri
ptis ⁊ puoca uōitū. ❡ Deinde eos ifir
mi ex aqua ordei uel ex aqua uino cō
mixta colue. ❡ Pro supfluitatū cō
muniū eductōe si op⁹ fuerit clistere Clistere
facias infra scriptū. ℞. malue blitis
foliorz camomille añ. M. i. furfuris
M. i. fiat decoctio de qua accipe lb.
.i. ß. in qua dissolue cassie pulueris
zucari añ. ℥. i. olei cōis. ℥. iii. salis
triti parz ⁊ fiat clistere. Vel facias a
liqd ex supra scriptis ca° de flāticis
fe. Si lenitiuū p os exhibere uolue lenitiuū p os
ris facias sic. ℞. sticados lupulorz
florz borag. buglos. capil. ue. añ. M.
.ß. ligricie passularz añ. ℥. iii. fiat de
coctio de qua accipe. ℥. iii. ß in q̄ dis
solue cassie. ʒ. x. uel māne. ʒ. x. mellis
rosa. ℥. i. ⁊ fiat potus. ❡ Vel loco de
coctiōis pdicte accipe serz capnū uel
cū aliis rebus potiōez facias ut sup
fcā lenitiōe. Si sanguinē cū melāco
lia pcipies ⁊ uirt⁹ ⁊ etas ⁊ talia cō
censerint uenā basilice dextre īscide
pauca tñ sanguis quātitas in illo ca
su tibi sufficiet. Et h° fcō ad rigōez
materie procedēdo facias sic. ℞. oxi
mellis simplicis. ℥. iii. aque buglo.
. ℥. iiii. absinthii. ℥. ii. misce pro deli
catis clarifica pro duab⁹ uicib⁹ aro
matizādo cū cina° sex uicib⁹ ipsuz
exhibeas sirupum in aurora diei ca
lidū. Et si forte cōtingerit porismū

illa hora uēire qua. s. sirupus eēt ex bibēdꝰ differt post ipm̄ exhibito si rupo cū leuī farmaco materiā euacu es. quod sic facias. ℞. floꝝ buglos. .M. i. boraḡ. sticados lupu. an̄. M. .ß. passularū. ℥. i. fiat decoctio de q̄ accipe. ℥. iiii. ⁊. pone in ea pulueris epithimi. ʒ. ii. ß. mellis despumati .ʒ. ii. ʒʒ. ℈. ß. aliqualiter calefiāt. de inde fortiter exp̄mat̄ cui adde cassie uel māne. ℥. i. mellis rosa. ℥. ß. ⁊ fiat potus quem tribue in aurora cali dum ⁊ hº in die secunda post paro xismuʒ. uel loco epithimi pone pul ueris sene. ʒ. ii. ß. ⁊ dimitte illas. ʒ. .ii. mellis. ⁊ facias sic. ℞. mirabola. indoꝝ. ʒ. iii. mirabo. citri. ʒ. ii. infun dat̄ in. ℥. ii. aque lactis ⁊ stent in in fusiōe p horas. xii. deinde calefiāt ⁊ fiat fortis expssio. cui adde cassie uel māne dissolute cū decoctione supra scripta. ℥. i. pulueris epithimi. ʒ. ß. aut. ℈. ii. ʒʒ. gra. vi. mellis ros. ℥. ß. ⁊ fiat potꝰ. ¶ In mōuʒ pillāꝝ. ℞. pillulaꝝ indaꝝ. ʒ. i. ⁊ fiant. vii. uel . viii. ¶ Uel facias sic. ℞. pulueris epithimi. ʒ. ß. pulueris floꝝ sene. ʒ. .iii. agarici. ʒ. ii. lapidis lazuli ablu ti. ʒ. i. salis gēme. ʒʒ. spice an̄. gran. . vi. ¶ Cōfice pillulas isto modo. ℞. passularū. ℥. i. ß. buliant in. ℥. iiii. a que usqȝ ad cōsumptōeȝ tertie ptis deinde exp̄me leuiter ⁊ in illa exps sione pone. ʒ. i. amigdalaꝝ dulcium mūdataꝝ fortiter cōtritaꝝ. deide ex p̄mat̄ ⁊ cuȝ tali expssiōe pillule cōfi ciāt̄ cuiꝰ dosis sit. ʒ. i. ß. ¶ Uel facias sic. ℞. pulueris epithimi. ʒ. ß. īfūde in modico olei amigdalaꝝ dulcium ⁊ pmitte aliq̄liter exsiccari. cui adde lapidis lazuli abluti pulue. sene an̄. .ʒ. ii. ʒʒ. salis gēme spice an̄. gra. vi. forment̄ pillule cū melle ros. ⁊ si o pus fuerit da. ʒ. i. ß. ¶ In modum

pulueris. ℞. pul. sene pulue. epith. an̄. ℥. ß. lapidis lazuli. ʒ. i. ß. zinzibe ris. ʒ. ß. cinamo. ℈. i. salis gēme gra. .iiii. zucari. ʒ. x. fiat puluis. ¶ Cuius dos. est. ℥. ß. cū aqua lactis brodio ci ceꝝ uel aliq̄ taliū. ¶ Uel facias sic. ℞. mirabola. nigroꝝ sticados epithi mi passulaꝝ enucleataꝝ an̄. ℥. i. Re buli fumiterre. ℥. ß. folioꝝ sene poli podii an̄. ʒ. vi. eupatorii. ʒ. v. buliāt p̄ter edithimū in lb. ii. ß. aque lactis usqȝ ad cōsumptionem medietatis. ¶ Ultimo uero ponat̄ epithimū ⁊ so lū buliat una bulitiōe cui postea ad de elebori nigri. ʒ. i. agarici. ʒ. ß. salis indi. ℈. ii. deinde desiccari pmittat̄ in fornello cōfectiōuȝ ⁊ fac puluerē cui adde tātūdē zucari. ⁊ hoc totū ē dos. x. uel. xii. ¶ Uel facias pillulas ⁊ da in dosi supra scripta. ¶ Uel faci as aliter ⁊ erit magis delicatuȝ con quassa res supra scriptas ⁊ fac deco ctionem in aqua lactis supra scripta usqȝ ad tertiā p̄tē consumptiōis. de inde colet̄ fortiter exp̄mēdo. cui ad de zucari. ℥. vi. ⁊ fac sirupū lōgum aromatizatū cū optimo cināº usque ad lb. i. ß. ⁊ da. ℥. iii. ¶ Et si magis delicatū ad huc facere uolueris acci pe res p̄dc̄as cōquassatas ⁊ pone in alembico uitri cum lb. i. aque lactis ⁊ .℥. ii. zucari al. ʒ. i. cinamo. ⁊ debite lutato cū suaui igne aquā distilla cui da sertā ptēꝫ plꝰ uel minꝰ s̄m quod ipꝫ uideris opari. augeas tn̄ ⁊ dimi nuas ipōꝝ solutiuoruȝ doses s̄m q̄ ipaȝ uideris opari. ¶ Sed mēti sp teneas in pnº ⁊ augmēto leue sepe dare farmacū uel saltē in minori do si. ¶ Digā aūt materia facias fortiꝰ uel in maiori dosi. ¶ Hiis factis ⁊ aliqbꝰ ebdomadis trāsactis p dige stiōe materie facias sic. ℞. sirupi de epithimo uel oximellis diuretici. ℥.

.ii.sirup.acetosi simplicis.℥.i.aque
buglos. scolopendrie ⁊ absinthii an.
℥.ii. clarificet' pro duab9 uicibus
⁊ aromatizet' cu3 cina° de quo plu
rib9 uicibus exhibeas ad hac inten
tioe3 nuc facias sirupu mgrale3.℞.
radicu brusci spagi apii fenic.an.℥.
.ii.floru boragi ⁊ buglos. an. M.i.
scolopendrie camedreos camepithos
an. M.ß.passulaz.℥.ß.fiat decocto
in lb.iii.aque ad 9sumptioe3 tertie p
tis deinde epithimi.℥.ß.⁊ selu bu
liat una bulitoe deinde cu lb.i.zuca
ri ⁊ mellis lb.ß. uel ecotra.℥.ii.ace
ti squillitici passulati.℥.ii. ⁊ fiat siru
pus debite cocto9 de q° accipe.℥.iii.
.ß.⁊ cu aqs sup scriptis clarificetur
pro duabus uicib9. ❡ Vel facias
sirupu longu3 ⁊ da.℥.iiii. pro uice
Vel facias sic.℞. origani calamenti
sticados scolopendrie eupatorii an.
.M.ß.radicu apii maratri corticu3
genestre frassani an. M.i. epithimi
.ʒ.vi.thimi.ʒ.ii.fiat decoctio in lb.
.iii.aque ⁊ in fine adde thimu3 ⁊ e
pithimu consumpta tertia pte colet'
cui adde succi boragi. depurati.ʒ.i.
.ß.aceti passulati.℥.ii.mellis despu
mati zucari an.℥.ix. ⁊ fiat sirupus
sufficieter cocto9 de q° cu sup scriptis
aquis facias ut supra. ❡ Vel facias
sirupu logu da.℥.iiii.pro uice. Et
hic sirupus in h° casu mirabilis ex
pulueribo solutiuis supscriptis.ex
hibe ⁊ da ei fortius uel auge dosim
si materia tibi digesta uideat'. Et no
ta in dado sirupos aliq auctores uo
lut q' det' uno bolus alicuio 9fectio
nis illius spei qrtane a ppate postq
statiz det' sirupo. Et h° faciebat q.d.
hoe meorie Magister Hugo albani
de mote calerio ⁊ adhuc faciut aliq
practicates q2 p tres horas ate cibu
dat 9fectioe3 ⁊ postea sirupu. melio
tame mihi uidet' in sequeti stilu mo
derno3 h° est ut debem9 sirupum
in aurora diei calidu ⁊ similiter die
porismi si sumus distates ab eo per
horas.iiii. debem9 9fcoe3 p duas
horas an cena dare. ⁊ hic est modo
nuc practicatu ⁊ maxie in ytalia. ⁊
tu facias si libet. ❡ Similiter meorie
tue reducas in die sequenti post far
macu exhibedo.i.ʒ.tiriace fine cum
uino calido. ⁊ cu.xl. die ptransierit
dare semel in septimana uel bis si ti
bi materia appareat digesta de tiria
ca cosimili modo iuuabit. ❡ Ite3 di
gesta materia laudat auice. clisteria
fortia que tn no hemus in usu s3 po
tius utimur illo casu clisteri ex cassia
puluere zucari oleo oliue cu decocti
one coi ⁊ sale fco. ⁊ p os etia farma
cu potio appatu exhibem9. Sed si
clisteri forti uti uelis poteris sic facer
.℞. malue foliozu camomille melli
lo.calame. absinthii camedreos sco
lopendrie an. M.i. se.aneti ⁊ fenic.
an.℥.i.ß. agarici.℥.i. coquassent' ⁊
fiat decocto de qua accipe lb.i.ß.cas
sie pulueris zucari an.℥.i.cofectois
hamech.ʒ.iii. Vel loco huius pul
ueris pillu.inda.ʒ.i.olei cois ℥ iii.
salis gême.ʒ.i. ⁊ fiat clistere quo ute
re si libet. ❡ Aliq sunt q digesta ma
teria si sanguie3 habudare uiderint
in qcuq3 spe qrtane minutoe3 faciut
de basilica sinistra uel saluatella q' si
tibi bonu uideat' aliis ad flo'az req
sitis cosentietibus facere poteris.q2
maxie in h° casu iueni utilitate ⁊ sp
sanguine du exit inspicias. Et si fu
erit turbidus ipm exire pmittas. Et
si clarus illico ipm restringes. ❡ In
h° casu unu notabile cuida nobili fa
cere uidi per illu dnz medicine illu
stratore dnz meu mgru3 Jacobu de
lature de forliuio. Et in mozro ydas

eīȝ puocauit. unde pp facilē sanguīs
nil'ci p illa loca egressiōeȝ infra pau
cos dies est sanitas cōsecuta. Itē cū
plus elaborādū sit cōtra siccitatē hu
moris melācolici q̄ frigiditatē ipm
nō tamē relinquēdo multi auctores
laudāt balneū ex aqua dulci die qe
tis in q̄ tñ nō sudet ⁊ cū hᵒ fieri po
terit añ materie digōeȝ. ¶ In decli
natōe uero ⁊ materia digesta addūt
camomillā lauēdulā apiū calamētū
origanū ⁊ similia. Hora uero balnei
est sero uel mane stomacho ieiuno ⁊
a q̄rta unius hore usq; ad horā unaȝ
in balneo moraȝ facere pōt. ⁊ aliqui
post egressiōeȝ p̄cipiūt inūgi corpus
ex oleo uiol. ⁊ uino mixtis. ⁊ hᵒ añ
materie digōeȝ. Digesta aūt materia
ex oleo camellino uel anetino. ¶ Aliq
uero stuphaȝ fieri p̄cipiūt qm̄ sic fa
cere poteris. ℞. calamenti origani ru
te germādree gūme edere folioꝝ lau
ri serpilli camomille melliloti añ.
. M. i. fiat decoctō in cacabo coopto
⁊ sup igne exñte fumus p cōductum
in tina coopta recipiat. in qua infir
mus exñs sudet. ⁊ cū aliq̄tulū suda
uerit in lectulū reponat cui tiriace fi
ne. ʒ. i. cuȝ uino calido tribuatur ⁊
hec stupha fiet materia digesta ⁊ nō
āte stomacho uacuo debilitate uirtu
tis nō p̄hibēte quo casu p duas ho
ras añ duo oua sorbilia tribuāt uel
aliud digōis facilime ut melius sudo
rē stuphe aut balnei tollerare possit
balnea stuphas unctiōes in almania
⁊ in aliis ptibus mūdi ubi sunt tali
bus assueti facere posses. istis non u
tūtur in nr̄is ptibus. ¶ ⁊ cōfcōes quibus
utendū est in hac se. est letitia galieni
⁊ dyamargariton ⁊ cōfectō de mus
co dulcis ⁊ dyacalamēti ⁊ ce. Cōir
sic practicātes faciūt illo tpe. q2 cūm
℥. i. spēꝝ cui uis cōfectionis supra

scripte ⁊ lb. i. zucari cōfcōeȝ in mor
sellis sic fieri faciūt. ⁊ p horā ante ce
nā ⁊ añ prādiū exhibet cuȝ modico
uini bono. ¶ Vel teri facimus ipm bo
luȝ cū uino mirtū potui damus.
¶ Nota tñ q̄ ille cōfcōes p eaꝝ calidi
tatē nō sic in pñᵒ cōueniunt ⁊ augmē
to ut ex p̄notatis hēmus. Si gᵒ illis
tpibus uti uolueris hiis sic facias.
℞. spēꝝ galieni uel alterius. ʒ. iii. zu
cari al. lb. ß. dissoluat' zucaꝝ in aqua
roß. uel uiol. ⁊ cuȝ q̄si cocta fuerint
adde cōserue uiola. ʒ. ii. deinde debi
te coquātur ⁊ cū istis mixtis spēbus
fiat cōfectio in morsellis. ⁊ si feceris
letitiā galie. pone proporcionabiliter
succos suos. Vel facias aliter decoq
tātū sirupū roß. aut uiol. descriptio
ne nicolai q̄ incidi possit ⁊ adiūctis
spēbus fac cōfcōeȝ in morsellis. uel
facias sic: ⁊ est cōfectio mirabilis in
hoc cāu. ℞. xiloaloes macis folia ·Ra
rabe coralloꝝ ru. oximi gariofil. ʒʒ.
pipis lōgi añ. ℈. ii. margaritaꝝ splē
didaꝝ. ʒ. i ß. rasure eboris sandali ci
trini añ. ʒ. ß. smaragdi iacincti grana
ti ossis corde cerui añ. ℈. ß. auri sub
tilissime limati. ʒ. ß. uel foliorū auri
: xxv. numero musci gra. i: oia subti
lissime pulueriȝent' ⁊ facias cōfcōeȝ
accipe sete nouiter extracte in grana
tincte lb. ß ⁊ infunde eā in succo po
moꝝ redolescētiū fcā residētia ⁊ aq̄
rosa. añ. lb. i. ⁊ stent in ifusiōe p diē
unā naturalē: deinde parū calefiant
donec aqua rubere incipiat ⁊ tūc ex
seta fiat fortis exp̄ssio ⁊ in tali exp̄ssi
one ponant'. ℥. xvi. zucari tabersath
⁊ debite cocto supra scriptis pulue
riȝent' ⁊ fiat cōfectio in morsellis. ⁊
hᵒ añ materie digōeȝ uti poteris au
dacter. ¶ Vel facias cōfectiōeȝ dñi
gentilis de fulginio que erat singula
rissima. ⁊ ipius gr̄a tractatū suū de

corde cōposuit ut. ℞. cinamo. ligni
ac ro. se. cucume. melonis cucurbi.
citrulli an̄. ℥. i. pineaꝝ infusarū in a
qua calida passulaꝝ an̄. ℥. i. fisticoꝝ
um. ℥. ß. zucari cādi. ℥. i. nucis mus
ca. gario. ligni aloes masticis blacce
bisantie sirici crudi reubar. electi an̄.
ʒ. ii. folii been alb. ⁊ rubei se. ozimi
gari. zedoarie doronici galāge. ʒʒ. ca
lamenti arōatici ⁊ cardamo. an̄. ʒ. i.
spice croci masticis an̄. ʒ. ß. se. anisi
feni. corticuꝫ citri an̄. ℥. i. ß. ossis de
corde cerui margaritaꝝ granatorum
fragmētoꝝ saphiri ⁊ ce. limature au
ri ⁊ argēti coralloꝝ rub an̄. ʒ. i. sand.
alb. ⁊ rub. an̄. ʒ. ß. zucari lb. iii. dis
soluat zucaꝝ cū succo borragin. ⁊ bu
glos. ⁊ marie in estate ⁊ hyeme po
tes di soluere cū uino optimo ⁊ aro
matizet cuꝫ ambra ⁊ musci an̄. gra.
. ii. sed in estate sufficit gra. i. ⁊ fiat
cōfectio in morsellis. Auic. aūt in cu
ra q̄rtane trociscos q̊sdaꝫ describit q
in hac ⁊ etiā in aliis q̄rtane spēbus
cōueiūt q̊ꝝ descriptiōeꝫ per te uide.
Et q2 illos in usu nō hēm9 cū zuca
ro cōfectiōeꝫ facere poteris. ¶ Iteꝫ di
gesta materia cōueīret succus absin.
mēte germādree calamti ut galien9
uoluit ⁊ etiā Auic. Sed q2 abhomi
nabiles sunt nō grati gustui cū zuca
ro si uti uolueris fcā residentia siru
pū fieri facias ⁊ aromatizatuꝫ aliq̄n
succos dimittētes aquā sublimatōis
supra scriptaꝝ reꝝ calidā cū zucaro
tribuūt. ℥. iii. uel. iiii. pro uice ieiūo
stomacho. Et alii faciūt ex aqs cū zu
caro iulep ⁊ est bene delicatū. ¶ Itē
sepe mēti tue hēas tāgere splen epar
⁊ si ibi fuerit durities sine dolore in
ꝓpiis capitulis curā quere ab auctō
rib9. ⁊ facias ut te docent. q2 in hoc
summario mea fuit intētio solaꝫ ma
teriā febriū ꝑtrāsire ⁊ accītia que ex

eis ꝓueīre pn̄t relinquēdo. q2 si de9
mihi uitā cōcesserit tractatū unū de
egritudinib9 a capite usq3 ad pedes
factur9 sum. In quo gr̄a huius tra
ctatus de oīb9 accn̄tibus specialem
fatiam mentiōeꝫ. ¶ Et hoc de cura
q̄rtane a melācolia fecali ꝓueientis.

¶ Capitulu3 tertiū. de cura quarta
ne a melācolia colerica ꝓuenietis.

AT si regimē medicinali
uꝫ colerice q̄rtane a ꝑce
dēti diuersuꝫ existat ꝑp
tamen simboleitatē quā
dā regimis nō naturaliū rerū quam
hēt ad ꝑcedēs placitū est mihi in h°
capitulo ipso ꝑtractare de ipsa in q̊
casu ingemāduꝫ est ꝓ posse ut colera
nō adurat ⁊ adhusta ad benignū re
ducat. ⁊ ꝙ menbꝝ seu calor adurēs
uel putrefaciēs corrigat. ꝑterea me
lācoliā genitā nō relinquēdo. ⁊ ideo
aer ad hūiduꝫ declinās in frigidita
te tꝑat9 existat ges est potius laudā
dā q̄ mot9: leues, tamē emissis sup
fluitatibus debēt fieri fricatiōes. sop
nus. ¶ Itē plus solito ꝓlōget, iram ⁊
tristitiā relinquēs, letitiā, ⁊ gaudium
in ipoꝝ loco repōat ꝑciosos lapides
⁊ delicatissimas repōat uestes ⁊ dul
ciū cātelenarū ⁊ delcābiliū cōsonāti
arū nō careat instrīs ⁊ cuꝫ amicis ⁊
ꝑsonis ualde gratis habitatiōeꝫ hāt
coytū nisi iuuenis bene carnosus ⁊
robust9 fuerit ⁊ assuetus oīo euitet
¶ Cibus ⁊ potus ut in ꝑcedētib9 or
dinet. h° tn̄ excepto ꝙ epatis inflā
matiōe exn̄te. cui9 cā colerā cōtingit
aduri ⁊ per ꝯñs in mliam conuerti
erunt cū lactuca endiuia cucurbita ⁊
huiusmodi carnes alterāde quibus
etiā in cibis nō nūq̄ poterit uti. ¶ Et
ad hāc intētiōeꝫ cōueniūt interdum

melones p(er)mna depilata asp(er)sa zuca
ro uel sicca aliq̄diu in aqua zucari re
tēta añ pastū. ¶ Sed et uinū quoq(ue)
ceteris paribus magis limphatū eē.
debet q̄ in p̄cedēti cū aqua simplici
cocta cū modico zucari. ¶ Et si fuerit
iuuenis et robust9 et tpe calido et ce
tera et in pn° biberit de aqua ordei
et de aquis p̄dictis uinū dimittēdo
eēt utile et huic regimi finē iponā cū
sentiaz q(uod) apud subtilia ingenia ad
huc de pluritate arguat totū sex rerū
nō naturaliū regimē hūidū existens
ad latus frigiditatis declinet. qd' sa
tis ex p̄habitis q(ui)sq(ue) sciat sibi eligere
¶ De replōe aūt in q̄tuor tpibus u
niuersalib9 huius fe. faciat ut in āte
dō ca° descriptū est. ¶ De inanitio
ne aūt. oīni die beneficiū uētris hr̄e
p(ro)curet. Quod si natura non fecerit
facias sic. ¶ Et per hec me ad medici
nalia couerto: ℞. malue blitis mer
curialis flo(rum) camomille flo(rum) uiola(rum).
añ. M.i. fiat decoctio de qua accipe
lb.i.ß. in qua dissolue cassie pulue
ris zucari añ. ℥.i. Et si inflāmatiōez
uideris rōe cui9 illa colera adurit
adde olei uiolati. ℥.iii. et salis. ʒ.i.
ß. et fiat clistere. ¶ Et si illud non
placet et aliud facere uis. quere sup̄
ca° de tertiana pura uel nō pura a
colera pura nō p(ro)ueniente ibi eiz mul
tiplicē clisterio(rum) descriptiōez inueni
es et similiter potiōnū lenitiua(rum) qd'
tibi ex illis magis placet elige. Vel
facias sic. ℞. capi. ue. lupulo(rum) bora.
et buglos. añ. M.i. p(ru)nor(um). ℥.ß. ta
marindo(rum). ʒ.iii. fiat decoctō de qua
accipe. ℥.iiii.ß. in qua distēp(er)et cassie
uel manne. ʒ.x. sirupi uiolati. ℥.i.
¶ Vel loco sup̄ dcē decoctōis accipe a
que lactis uel sirupi uiolati. ℥.iii. et
det in potu. Fcā uero solutōe uētris
et urina si de flcia indicauerit basili

cam dextrā inscidi facias. et mētū sp
bās q(uod) sanguis est frenū colere. ideo
nō nimis p̄sumptuos9 existas in ex
tractōe. et in illo cāu laudabilius est
facere flōiaz cū materia incipit dige
ri q̄ ante ut cōir uolūt doc. ¶ His
